aliquod tale videbatur. Potuerat ~~ἡμεῖς~~ dicere *Herodotus*, quo verbo c. 183, 26. et alibi in eadem re utitur: sed, ἔχουσι eum h, l. scripsisse, persuasit mihi ipsa illa absurda verborum transpositio, cui haud dubie idem verbum, post pauca interiecta repetitum, originem dedit. Caeterum ἀνθρωποφαγέουσι, pro eo quod olim editum erat ἀνδροφαγέουσι, scripsit *Wess.* cum *Arch. Vind.* et *Eustath.* in *Dionys.* vs. 309. quod lubens tenui, consentientibus etiam nostris *Pb.* *Pd.* puto et *Pc.*

CAP. CVII. Lin. 2. ἐπ' ὧν Med. Pass. Ask. [F.] ἀπ' ὧν Paris. A. B. Arch. Vind. Ald. quod priori non cedit. — In *Pd.* est ἐπ', sed super ε scriptum α eād. manu. l. 3. χρέωνται) χρέονται *Pa.*

*CAP. CVIII. Lin. 1. Βουδίνοι) Γελωνοὶ solus Pc. l. 2. πόλις δ' ἐν αὐτοῖσι etc.) Steph. Byz. in Γελωνός, et Eustath. in Perieg. vs. 310. l. 5. πᾶν) πάνυ Arch. l. 9. τριετηρίδας) τριετηρίδα Arch. l. 10. τὸ ἀρχαῖον scripsi cum *F.* τοαρχαῖον unā voce ed. *Wess.* cum aliis quod in τώρχαῖον mutavit *Reiz.* praeter necessitatem. *Ibid.* ἐκ τῶν δὲ) Sic *Arch. Vind. Pass. Ask.* — et *F.* quos secutus sum. ἐκ δὲ τῶν ed. *Wess.* cum al.*

CAP. CIX. Lin. 1 seq. Βουδίνοι δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γελωνοί· ἀλλ' οὐδὲ διάιτα ἡ αὐτή.) Novem priora verba absunt *Arch.* qui mox 'Ἀλλ' οὐδὲ διάιτα ἡ αὐτή ἐστὶ Γελωνοῖσι καὶ Βουδίνοισι· οἱ μὲν γὰρ etc. — Scripturam codicis *Arch.* adoptavit *Reiz.* Novem priora verba ex ed. *Wess.* aliisque revocavit *Schaeff.* sed tenuit ista in fine, ἡ αὐτή ἐστὶ Γελωνοῖσι καὶ Βουδίνοισι. Sic et *Borh.* Nos consentientem aliorum omnium mssorum, quam exhibebat ed. *Wess.* cum praecedentibus, scripturam restituimus. l. 3. Φθειροτραγέουσι) *Arrianus* in Periplo habet Φθειροτραγέοντες p. 18. ed. *Huds.* — Φθειροτραγέουσι *Pd.* l. 5. οὐδὲν τὴν ἰδίην *Med. Pass.* οὐδὲν etiam *Ask.* [et *F.*] sed abest his τὴν. Ceteri οὐδὲ τ. ἰδ. l. 8. ἰδῆσι παντοίοις) ἰδὴ τε παντοίῃ *Arch. Vind.* non male. Vide tamen IV. 175. VII. 111. — ἰδὴ παντοίῃ coni. *Koen.* ad *Gregor.* in Not. ad Dial. ion. §. 65. Vitiose *F.* ἰδῆσι παντοίοισι. l. 9. τῇ ἰδὴ τῇ πλείστῃ) Sic scripsi cum *F. Pa. Pb.* Posterius τῇ abest ed. *Wess.* et aliis l. 11. ἐν δὲ ταύτῃ) ἐκ δὲ ταύ-

της *Arch. Vind. Ibid.* ἐνὸρμος *Pass.* [et inde *ed. Wess.* recte, ut habent omnes II. 72.] ἐνὸρμος *ed. Genev.* 1618. ἐνὸρμος reliqui cum *Ald.* — Sic quidem *F.* et *Pa.* tenuitque hoc *Gron.* l. 12. τῶν τὰ δέμ.) Deest τῶν *F. Ibid.* περὶ τὰς) παρὰ τὰς ora *Steph. Arch. Vind. Ask. Pass.* — et *F. Pb. Ead.* l. σισύρας) σισύρας *Med. Pass. Ask.* [et sic *ed. Wess.* et seqq. cum *Gron.*] σισύρας *Arch.* Alii σισύρας. — Revocandum hoc iudicavi, quod cum *Ald.* et *Vind.* communī consensu exhibent *F. Pa. Pb. Pc. Pd.* et *Glossator Herodoti*, ex eoque *Gregorius dial. ion.* §. 148. nec multum abit *Arch.* l. 13. ὄρχης *Vind. Pass. Ask.* [et *F.* nec aliud ex *Paris.*] ὄρχης *Arch.* Antea ὄρχης. — quod et *Gron.* tenuerat. *Ibid.* αὐτοῖσι *Med. Pass. Ask.* [*F. Paris.*] αὐτοῦ *Arch.* αὐτέων *Ald.*

CAP. CX. Lin. 2 seq. οἱ Σκυῖται) Sic *Arch. Vind.* — unde recepi artic. qui abest *ed. Wess.* et aliis. l. 3. Οἰόματα *Med. Pass. Ask.* [*F. Pb. Pd.*] iidem mox Οἰό. Reliqui Αἰόματα [*Αἰόματα Pa. Pc.*] et Αἰόρ, cum *Valla.* l. 3 seq. κατὰ Ἑλλ.) κατὰ τὴν Ἑλλ. solus *Arch.* — κατὰ Ἑλλ. scripsi cum *F.* Alii vulgo κατ' Ἑλλ. l. 5. τὸν ἄνδρα) τὸν negligunt *Arch. Vind. Pass.* — et *F. Pa. Pc.* l. 7. ἡδυνάτο *Med. Arch. Paris. A. B. Vind.* et *Ed. Genev.* 1618. ex *Porti* verissimā coniecturā: idem est enim quod aliis ἡδύναντο. vide IV. 185. IX. 69. etc. ἡδυναίετο *Aldus* et alii. [Sic *F.*] Exscripsit haec, sed suā dialecto, *Eustath.* in *Perieg.* vs. 653. l. 10. πηδαλοῖσι) πίδαλ. *ed. Wess.* operarum errore, in *ed. Reiz.* et *Borh.* propagato. l. 13. εἰσι γῆς τῆς Σκυθίων) Sic *Pass.* [et *F.* quos secutus sum.] εἰσι τῶν Σκυθ. *Ask.* — εἰσι τῆς γῆς τῶν Σκυθ. *ed. Wess.* cum aliis.

CAP. CXI. Lin. 2. οὔτε) Ter οὔτε *F.* et *Pb.* ubi alii οὔτε. l. 3. θώματι scripsi cum *F.* Perinde θώματι scribi poterat. Vulgo θωμάτι. *Ibid.* ἴσαν) ἦσαν *F.* l. 4 seq. δὴ πρὸς) Abest δὴ *Arch.* l. 5 seq. τῶν νεκρῶν ἐκράτησαν) τινὰς τῶν νεκρῶν ἐκράτ. edens *Wess.* monuit in *Var. Lect.* „νεκρῶν *Paris. A. B. Vind. Arch. Ask.* ora *Steph. Valla.* Vulgo τῶν γυναικῶν.“ — τῶν γυναικῶν ex *Ald.* tenuit etiam *Gron.* nihil ex *Med.* adnotans; sed τῶν νεκρῶν cum aliis agnoscit *F.* puto et *Pb. Pd.* Alii

cit Wess. haecce: „τινάς exceptis *Paris. Ald. Med.* itidem negligunt.“ — quae haud satis (mihi quidem) perspicua. Voluerat puto *iidem*, non *itidem*; et *Pass.* forsán scriptum voluerat, non *Paris.* Nempe codex *Arch.* (quod ex *Galei* notá intelligitur, qui ait consentire illum cum marg.) et ora *Steph.* itemque *Valla*, ignorant *τινάς*: pariter igitur et *Ask.* puto ignorat hoc pronomen, quemadmodum et noster *F.* illud ignorat. Contra *Ald.* quidem et *Med.* (certe *ed. Gron.*) agnoscunt *τινάς*: at cum his non faciunt *Paris. A. B.* (id est noster *Pa. Pc.*) de quibus diserte monetur in nostris excerptis, abesse illi vocem *τινάς*. Itaque plerorumque codicum auctoritate nisus abieci vocem, quae alioquin etiam suspecta debuerat videri. *l. 6.* οὕτω) τότε *Arch.* *l. 7.* βουλευόμενοις) βουλευόμενοι *Arch.* *l. 10.* ἔσαν) ἦσαν *F.* constanter. *Idem* vero h. l. cum aliis tuetur *ἐκείνων* in foem gen. Sic αὐτῶν extr. cap. *l. 12.* μὲν μὴ) Abest μὴ *Vind.* οὐ pro pro μὴ habet *Arch.* *l. 14.* βουλόμενοι) βουλευόμενοι *Arch. Vind.*

CAP. CXII. Lin. 5. οὐδὲ αἱ Ἀμ.) Sic *Arch. Vind.* Alii οὐδὲ negligunt, [sic *F. Pb. Pc.*] non bene: animat orationem. *l. 6.* ζῶν) ζῶν *F.* male.

CAP. CXIII. Lin. 1. Ἐποίησεν *Arch. Vind.* [sicut omnes c. 112, 2.] Antea h. l. ἐποίησεν. — Sic *F.* h. l. et *l. 5.* iterum. *l. 2.* μισαμβρίην) μεσημβρ. *ed. Borh.* invitis libris. *l. 3.* σποράδες) σποράδην *Arch.* non male. *Ibid.* μίαν) μίαν constanter *F.* *Ead. l.* πρώσω δὲ *Med. Pass. Ask. [F.]* Alii δὲ praetereunt. — Sic *Pc.* *l. 4.* εὐμαρίην) εὐήμερίην *Arch.* prave; εὐμαρείην *Schol.* — Conf. II. 35, 14. *l. 4 seq.* καὶ οἱ Σκύθαι) Abest καὶ *F.* *l. 6.* ἐνέχρημπετο) ἐχρίματετο *Arch.* Paulo ante, τινὶ αὐτῶν scripsi cum *F.* ubi vulgo αὐτῶν τινί. Ut h. l. αὐτῶν, sic et paulo superius ἀλληλέων tenet idem *F.* cum aliis. *l. 9.* ἐς τὴν ὑστεραίην *Arch. Vind. Pass. Ask. Paris. A. B. Ald. [Paris.* quatuor, et *F.]* Omittit ἐς solus *Med.* — quem suo more secutus est *Gron.* *l. 10.* σημαίνουσα δύο) σημαίν. δὲ δύο *Arch.* *l. 12.* δευτεραίῃ *Vind. Arch. Pass. Ask.* margo *Steph. [F. Pa.]* ὑστεραίῃ *Ald. Med.* ex scholio. — Ista sic in *Var. Lect.* adnotavit Wess. qui

tamen *ὄντως* in contextu retinuit; et sic edd. seqq. Equidem alterum h. l. probavi, codicum auctoritatem secutus. l. 14. *δευτέρην αὐτὴν*) Sic *Arch. Vind. Med. Pass. Ash.* [*Paris.*] Alii αὐτὴν, male. — In *F.* est αὐτὴν, sed superne videtur notata scriptura αὐτὸν eadem manu. l. 15. *ἐκτελώσαντο*) Citat *Eustath.* in *Homer.* p. 403, 37. [*Il.* p. 305. sub fin. ed. Bas.] In *Vind. Arch.* est *ἐκτελώσαντες*, perperam.

CAP. CXIV. Lin. 3. τὴν μὲν τῶν γυναικῶν) τῶν μὲν γυν. *Arch.* satis bene. l. 4. *ἰδυνάτο* *Med. Vind. Arch. Paris. A. B. Ash.* optime. Vide c. 110. *ἰδυνάτο* *Ald.* et *Steph.* — Sic et *F.* sed super et notatur i ead. manu. l. 7. *ἡ καὶ πρώτη*) *Arch. Valla.* — Et recipit hoc *Schaeff.* l. 10. *οὐδαμῆς* *Med. Pass. Ash.* [*F.* et sic ed. *Wess.* et seqq. cum *Gron.*] *οὐδαμῆς* *Paris. A. B. Ald. Arch. Vind.* et saepissime alibi. l. 12 seq. *καὶ κλέψῃ* *Arch. Vind.* [inde ed. *Wess.*] Olim *κλέψῃ* [sic *F.*] Prius *Ἰακόν.* l. 17. *μένονσαι*) *καὶ μένονσαι* *Arch. Vind.* quod orationem instruit. l. 20. *δικαιώτατοι* iidem *Arch. Vind.* cum *Valla*, et bene. Olim *δικαιοί.* — Sic *F. Pa.* l. 22. *ἐπὶ ἡμῶν* *Ash.* — et *F.* quos secutus sum. *ἐπὶ ἡμῶν* ed. *Wess.* cum aliis. Mox αὐτῶν *F.* non αὐτῶν.

CAP. CXV. Lin. 1. *ἐπι τε δι*) *ἐπι τε καὶ* ed. *Wess.* operarum errore. l. 4. *φόβος τε καὶ δῖος*) Citat *Ammonius* in *Δίος*. Similis vocum earum distinctio in *Platone* obvia, nec fugit *Abreschium*.

CAP. CXVI. Lin. 2. *Τάναϊν*) *Τάναϊν ποταμὸν* *Arch. Ibid.* *ἰδοιπόρεον*) Sic *Arch.* sine augmento. — quem secutus sum cum *Schaeff.* *ἰδοιπόρεον* vulgo. *ἰδοιπόρεον* *F.* l. 4. *βορῆν* *Arch. Vind. Ash.* [*F.*] Antea *βορέην.* l. 8 seqq. *ἐκφοιτῶσαι* *Paris. B.* [puto *Pa. Pc.*] *Arch. Vind. Pass. Ash.* [*F.*] ora *Steph.* Tum mox *φοιτῶσαι* et *φορεύσαι* iidem omnes. *ἐκφοιτῶσαι*, *φοιτῶσαι*, *φορεύσαι* *Ald. Med.* — Sic certe ed. *Gron.* cum *Ald.* et *Steph.* In *F.* deest ἡμα post *ἐκφοιτῶσαι*.

CAP. CXVII. Lin. 2. αὐτῇ) αὐτοὶ *Arch. Vind. Ibid.* *ἐπὶ*) ὅτι *Arch.* l. 4. *οὐδεμῇ*) *οὐδεμία* *F.* constans sibi.

CAP. CXVIII. Lin. 1. *βασιλῆας* *Arch.* Olim *βασι-*
Herod. T. II. P. II.

μας. — Sic *F.* et al. l. 2. ἀλιεμένους abest *Arch. Vind.*
 — ἀλιεσκομένους prave *F.* l. 4. πάντα abest *Arch.* l. 5.
 θύξας) τάξας *Pa.* l. 6. Θρήϊκας) Θρήκας *Arch. Vind.*
Ask. — Vulgatum h. l. tenet *F.* l. 10. νοήσαντες)
 Sic *Arch. Vind. Pass. Ask. Paris. B.* [noster *Pa.* et
 consentit *F.*] item margo *Steph.* Olim νοήσαντες. —
 In *ed. West.* ex *ed. Gron.* et praecedd. derivatum est
 quidem verbum νοήσαντες, sed accidisse id contra Edi-
 toris consilium, quum ex *Var. Lect.* et *Corrigendis*,
 tum ex *Notis Wesselingii* intelligitur. *Ibid.* ἀνι-
 στήμεν *Paris. B. Ald.* [sic vero et *F.* et alii.] Olim ἀ-
 νιστήμεν. — quod nempe primum in *ed. Steph.* a. irrep-
 serat, indeque temere in alias erat propagatum. l. 12.
 ἢ ἐκλήθμεν) Abest ἢ *Arch. Vind.* — et *F.* l. 13. κα-
 θήμεν) πάθμεν *F.* l. 14. ἐπὶ τοῦτο) ἐπὶ τοῦτο *Arch.* — et
F. l. 16. ἢ οὐ καὶ ἐπὶ) ἢ οὐ καὶ ἐπὶ *Med. Pass. Ask.* [et
 sic *ed. West.* cum *Gron.*] ἢ οὐ καὶ ἐπὶ ora *Steph.* [et *F.*]
 ἢ οὐ καὶ *Vind.* uti et *Ask.* [videtur *Arch.* hic debuisse
 nominari, non *Ask.*] Vulgo olim ἢ καὶ ἐπὶ. — Ex *West.*
Paris. nil adnotatum. l. 18. τῶνδε) τῶδε *Arch.* [*Pd.*]
 τῶδε *Vind.* l. 19. μόνους) μόνους *F.* l. 21. οὕτω ἵνα) ἵνα
 οὕτως aut οὕτω *Arch. Pass. Ask.* — ἵνα οὕτω *F.* l. 23.
 seq. τῆνδε τὴν ἡπύρον) Negligunt τὴν *Arch. Vind.* l. 24.
 τοὺς αὐτοὺς ἐμποδὼν γινόμενους) Hunc locum spectasse videtur
Suidas, in Ἐμποδῶν. l. 25. τοὺς τε δὲ) τοὺς δὲ δὴ *Arch.*

CAP. CXIX. Lin. 2. βασιλῆες) βασιλεῖς *F.* *Ibid.*
 ἀπὸ) ὑπὸ *Arch.* l. 3. ὁ μὲν γὰρ Γελ.) ὁ μὲν Γελ. absque
 γὰρ, *Med. Arch. Pass. Ask.* — et sic *ed. West.* cum
Gron. Revocavi γὰρ cum *Schaeff.* quod exhibent *Ald.*
F. Pa. cum *Valla* et aliis. l. 5. ὑπεδύνοντο) ἐπιδύνοντο
F. *Ibid.* τιμωρήσιν) τιμωρῆσαι *Arch.* l. 6. αἱ τῶν Με-
 λαρχ.) ὁ τῶν Μελ. *Pass. Ask.* et *Steph.* ora. — item *F.*
Pd. Pluralem cum aliis tuetur *Valla.* l. 7. ὑπερβ-
 ναντο) ὑπερβύνατο *Arch.* — Pluralem hic tenet *F.* cum al.
 l. 12. ὑμῖς τε) Abest τε *Ask. Arch.* non male. — Com-
 mode tamen refertur ad sequens καὶ ἐκείνοι. l. 14. ἐκεί-
 νοι, ἐπὶ) ἐκείνοισι ἐπὶ *Arch.* — ἐκείνοι ἐπὶ σφίσι *F.* Male
 uterque. *Ibid.* αὐτὸς) αὐτὸς *F.* l. 15. ἡμῖς δὲ) Abiecit
 δὲ *West.* cum *Gron.* praecedentibus *Med. Pass. Ask.*
 et *F.* Nos cum *Schaeff.* revocavimus particulam, quam

agnoscunt alii. *L. 18. ἄρξῃ τε Med. Pass. [F. nec aliud ex Paris.] ἄρξῃ τε Arch. ἄρξῃται Ash. Vind. Ald. Ibid. οὐ πανσόμεθα) οὐκ οἰσόμεθα Arch. Valla. — Sed de Valla dubitari potest, qui tolerabimus dedit. Vulgo vero alii omnes οὐ πεισόμεθα, quod ex οὐ πανσόμεθα corruptum esse mihi persuasi. conf. *I. 83. extr. IX, 52, 3.* Idem valet πανσόμεθα ac id quod continuo deinde ait *μανίμεν παρ' ἡμῖν αὐτοῖσι.**

CAP. CXX. Lin. 3. ὅτι δὴ) ὅτε δὴ Pass. Ash. Vind. — Vulgatum recte tenet *F.* cum aliis. *Ibid. προσγίνοντο Pass. Ash. Vind. — et F. quos secutus sum. προσγίνοντο ed. Wess. cum aliis.* Idem *F.* paulo ante, *μηδμίαν*, et paulo inferius *μίαν et μία*, suo more. *L. 5. τὰ παρεξίον) τὰ περ ἐξίον Arch. Pass. l. 6. διχοῦ Med. Pass. Ash. [F. nec aliud ex Paris. adfertur.] διχοῦς Arch. διχῇ Ald. et edd. ante Gron. l. 8. Σκόπασις) Κόπασις Arch. — Σκόπασις Pb. l. 10. παρὰ τὴν Μαιήτιν) Abest τὴν *F.* l. 13. ἥπερ) ἥπερ *F. Pc. Ibid. βασιλείαν) Forsan βασιλείαν scripsit, sicut paulo ante βασιλείης. l. 14. τῆς ἤρξε) ἥς ἤρξε *F. Ibid. Ἰδώνυρος Arch. Pass. Ash. Valla. [F. Pa. Pc.] Olim Ἰνδάθ. — Sic Pd. l. 15. Τάξαις) In *F.* videtur esse Τόξαις. l. 16. προσγινόμενων) Sic *Pass. [et F. quos secutus sum. προσγενομ. ed. Wess. cum aliis.] προσγινομένην μοῖρην Arch. προσγινομένην ἡμέρην Vind. l. 19. χωρίων τῶν ἀπεσταμένων) χωρίων τῶν ἀπλεγμένων Arch. Prius etiam Vind. l. 23. ὑποστρέφειν) στρέφειν Arch. l. 24. ἢ δὴ) ἢ δὲ *F. Ibid. βουλευόμενοι) βουλομένοι Ald. Arch. Vind. [Pd.] et ora Steph. —* Alterum enim in contextu posuit idem *Stéph.*****

*CAP. CXXI. Lin. 4. διατᾶτο Ald. Arch. Vind. Paris. B. [puto Paris. omnes: sic vero et F.] recte satis. ἰδιατᾶτο Med. Pass. Ibid. τίνα τε) Abest τε *Pass. Ash. — et F. l. 5. τὰ πρόβατα πάντα Ald. Arch. Vind. Paris. A. [nescio an Paris omnes.] πάντα nullo iure praetereunt Med. Ash. Pass. — et F.* Sed in *ed. Wess. et seqq.* temere omissus est τὰ articulus, quem tuentur veteres libri omnes. *l. 6. ὑπολιπὸν. Med. Ash. Pass. [F.] ἀπολιπὸν. Ald. Arch. Paris. A. B. Vind. l. 8. προνομίζετο Med. Arch. Vind. Pass. Ash. [F.] Olim προεκμίζοντα — Sic Pc.**

CAP. CXXII. Lin. 2. ἀπὸ τοῦ Ἰστροῦ) Sic *Pass.* [et *F.*] Vulgo deerat articulus. *l. 3.* προέχοντες *Pass.* [et *F.* nescio an et *Paris.*] Vulgo προέχοντας. *l. 6.* ἐπήϊσαν) ἐποίησαν *Arch.* absurde. *l. 10.* ἐς τὸ scripsi cum *F.* ἐς δ' *ed. Wess.* cum aliis. conf. Var. Lect. II. 157, 4. Mox quidem c. 123, 8. idem *F.* cum aliis in ἐς δ' consentit, ut saepe aliās. *l. 11.* διεξιθόντες) διελθ. *Arch. Vind.*

CAP. CXXIII. Lin. 1. ἦσαν) ἦσαν *Arch. Pass. Vind.* — Vulgatum firmat *F.* *l. 3.* συνίεσθαι) Sic *Arch.* Vide lib. V. c. 81. — Adoptavi hoc, ut ex vetusto usu reliquum; quem ad modulum ἐστέοντο V. 81 extr. tenent omnes. Adde IX. 13, 4. εἰεσθαι *ed. Wess.* cum aliis. *l. 4.* εἰσβαλον *Pass.* ex Nostri more. Alii εἰσβ. In *Vind.* εἰσβαλλον. — εἰσβαλλον bene *F. Pa. l. 8.* διεξιθόντες) δὴ ἐξελθ. *Arch. Vind. Ibid.* ἐρῆμον et mox ἐρῆμος scripsi cum *F. Pa.* et *ed. Schaeff.* ἐρῆμον et ἐρῆμος *ed. Wess.* cum aliis. Sic rursus c. 124, 2. Ista *l. 9. et seqq.* ἡ δὲ ἐρῆμος etc. usque ad finem huius capituli, abiecit *Borheck*, tamquam spuria. *l. 11.* Θυσσαγέται) Memorat ex h. l. *Steph. Byz.* in voc. *l. 13.* τὴν λίμνην τὴν καλομένην. Posterior articulus, quem tenent edd. vett. cum msstis, temere omissus est in *ed. Wess. Reiz. et Schaeff.* *l. 15.* Σύργις) Σύργης *Arch. Vind. Valla.* — Sunt qui eundem putent qui Ὑργίς c. 57 extr. et Ὑργίς h. l. in contextu posuit *Schaeff.*

CAP. CXXIV. Lin. 2. παυσάμενος *Ald. Vind. Arch. Paris. A. B.* παυσαμένου *Med. Pass. Ash.* — et *F. Pd. l. 7.* τὰ κατόπιρθε) Abest τὰ *Arch. Vind. l. 9.* ἰφαντάζοντο) ἰφαντάζοτο *Arch. l. 12.* τοὺς Σκύθας) Omittunt articulum *Arch.* et *Vind.* — Quae h. l. in inferiore ora codicis *F.* ab alia manu parum eleganter scripta sunt, ex eis intelligitur, olim in hoc codice (sive in eo de quo hic descriptus est) proximum quaternionem transpositum fuisse in locum consequentis: sed hodie recte et iusta serie in eodem nostro codice compacti sunt quaterniones.

CAP. CXXV. Lin. 2 seq. ὡς ἐς τὴν Σκυθ. ἀπίκτρο, ἐπικυρ-
σι) Sic *Med. Pass. Ash.* [et *F.*] ἐς τὴν (absque ὡς) Σκυθ.
ἀπίκτρο, ἐς δ' ἐπικυρσι *Ald. Steph. Arch. Vind. Paris. A.*
— Puto nostri *Pa. Pc. l. 3.* ὑπεκρίοντες) ἐπεκρίει. *Arch.*

Vind. tum ὁδόν, pro ὁδῷ. — ὑπερφέροντας *Pb.* l. 4. ἀνίει) ἀνίει *Arch. Vind.* ἀνίει *Pass.* l. 5. τὰ βαβουλευμ.) Abest τὰ *F.* *Ibid.* ὑπέφειγον) ὑποφείγων *Arch.* l. 6. τὴν σφετέρην συμμαχίην) τὴν χώραν *margo Steph.* — Sic et noster *Pc.* τὴν χώραν, pro τὴν σφετ. συμμαχ. l. 8. καταγίοντο *etc.* citat ex h. l. *Zonaras* in Lexico nuper edito p. 1168. ubi quidem καθηγίοντο, neglectâ dialecti ratione, l. 10 *seq.* ὑπῆγον ἐπὶ τὴν *etc.* Octo verba neglexit socors librarius *Arch.* l. 12. ὀρίοντες) ὀρέωντες *F.* l. 13. τεταργυμένους) τεταγμένους *Arch.* prave, l. 14. ἐμβαλλεῖν) συμβαλλεῖν *Arch.* — ἐμβαλλεῖν *F.* l. 16. οὔρων) οὔρων *Arch.* plerumque. l. 19. ἐρύκειν ἐν νῶ ἔχοντες) Sic *Arch. Vind. Pass.* — et *F.* quos secutus sum. ἐν νῶ ἔχ. ἐρύκ. *ed. Wess.* cum aliis. l. 24. ἀπικνίοντο) *Arch. Vind. Paris. B.* [puto *Pa. Pc.*] *Ald.* et praestat. ἀπικνίσσονται *Med. Pass. Ask.* — et *F. Pd.*

CAP. CXXVI. Lin. 1. ἐγένετο *Pass. Ask. Vind.* [*F. Paris.*] Alii ἐγένετο. l. 2. τὸν Σκυθ.) τῶν Σκυθ. *Arch. Ald.* — *Pd.* Sic et *F.* sed eād. man. superscr. τόν. l. 3. Ἰδάνθυρον *Arch. Vind. Vall. Ask. Pass.* [*F. Pa. Pc.*] Olim Ἰνδάθ. — Sic *Pd.* *Ibid.* ἔλεγε τὰδε *Pass. Vind. Ald. Arch. Paris. A. B.* [*F.*] In *Med.* λέγει τὰδε; quibus in verbis iterum post pauca variatio. Sequor priores. l. 5. ἀξιόχρεος *Arch.* — et *F.* quod verum iudicavi, ex Ionum usu; quemadmodum χρεὼν, pro eo quod aliis est χρεῶν. Sic ἀξιόχρεα neutr. plur. V. 65, 21. Vulgo h. l. ἀξιόχρεως, et sic *ed. Wess.* cum aliis. l. 6. στάς τε καὶ παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι) Sic *Pass. Ask. Vind. Arch. Paris. A. B.* ora *Steph. Valla.* [Sic et *F.*] In *Ald. Med.* et *Edd.* [ante *Wess.*] est στῆθι καὶ μάχῃ· εἰ δὲ μὴ, καὶ οὕτω παυσάμενος. — quae ita tenuit *Gron.* nihil ex *Med.* monens.

CAP. CXXVII. Lin. 2. ἔλεγε τὰδε) λέγει τὰδε *Ask. Pass.* — et *F.* Ac fortasse huc referendum erat, quod ad c. 126, 3. notavit *Gron.* quum ibi λέγει ait scribi in *Med.* *Ibid.* Πέρσαι *Arch. Vind. Ald. Paris. A. B. Valla.* Πέρσαι *Med. Ask. Pass.* — et *F.* l. 5. ἔωθα *Med. Pass. Ask.* [*F.*] ἔωθα reliqui omnes. l. 8. ἀλώη) εἰλοῖη *Arch. Vind.* *Ibid.* ταχύτερον *Med. Pass. Arch. Vind.* [*F.*] Olim τάχυν. — Sic *Pc.* Ex aliis *Paris.*

nil notatum. *l. 9.* ὑμῖν deest *Arch.* In *F.* est ταχύτερον ἂν ὑμῖν συμμίσγ. ἐς μάχην. *Ibid.* δέει *Pd.* *l. 11.* φέρετε deest *Arch.* — φέρε *Pd.* *l. 12 seq.* περὶ τῶν τάφων etc. Septem voces praetermissae in *Arch.* *l. 15 seq.* Δία τε ἐγώ) ἐγὼ Δία τε νομ. *Pass. Ask.* — et *F.* Idem *F.* Ἰοτῖν, pro Ἰοτῖν. *l. 19.* πρέπει) πρέπει *F.* *Ibid.* τοῦ ὅτι) Abest τοῦ *Arch.* *l. 20 seq.* τοῦτό ἐστι ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις) Citat hinc Appendix Vatic. Proverb. p. 280. — et *Suidas* in Ἡ ἀπὸ Σκυθ. Confer. *Athen.* XII. 524. c. ibique notata. Sex verba τοῦτό ἐστι etc. ut suspecta uncis incluserunt *Reiz. Schaefer.* et *Borh.* Agnoscunt illa quidem veteres libri omnes.

CAP. CXXVIII. Lin. 1. βασιλῆς) βασιλῆες *F.* puto et alii. *l. 6.* σῖτα δὲ) σιτία δὲ *Arch.* *l. 7.* νομῶντες) νομῶντες; *Pb.* *l. 9 seq.* ἡ τῶν Σκυθ. Abest ἡ *Arch.* Post Σκυθῶν deesse τὴν τῶν Περσῶν suspicio *Reiskii*, *Miscell. Lips.* Vol. VIII. p. 110. — At nemo alius facile desiderabit ista verba. *l. 10.* ἰστίπκρον) ἐνέπικρον ora *Steph.* *l. 11.* ἂν ἐπεκούρεε *Med. Vind. Pass. Ask. Arch.* [*F.* nec aliud ex *Paris.*] αἰσι ἐπεκούρεε *Ald.* ἀντεπεκούρ. ora *Steph.* *l. 12.* τὴν ἵππον) ἂν τὴν ἵππον *Pd.* *Ibid.* ὑπέστρεφον) ἐπέστρεφον *F.* *l. 13.* ἐποπύοντο *Arch. Vind.* Ceteri ἐποπύοντο.

CAP. CXXIX. Lin. 3. στρατοπιδῶ) στρατῶ *Arch. Ibid.* θῶμα scripsi cum *F.* Poterat et θῶμα scribi. Vulgo θῶμα. *l. 6.* πᾶσι deest *Arch.* *l. 7.* ὑβρίζοντες etc. citat *Suidas* in voce. *l. 10.* ἵπποι) ἵππῶται *Arch.* *l. 11.* θῶματι rursus scripsi cum *F.* Vulgo θῶματι. *l. 12.* ἰσάντες *Arch. Vind. Med. Ask. Pass.* [*F. Paris.*] Olim ἰσάντες. *l. 12 seq.* φωνῆς τοιαύτης *Arch. Vind. Med. Ask. Pass.* [*F. Paris.*] Alii φωνῆς τῆς τοιαύτης. *l. 13.* ἰδόντες τὸ εἶδος) εἰδόντες εἶδος *Arch.* — ἰδόντες εἶδος *Pa.*

CAP. CXXX. Lin. 3. ἀνιῶατο) ἀνιῶατο cum *Gron.* edens *Wess.* adnotavit: „Sic *Med.* et *Pass.* ἀνιῶατο *Ask.* quod idem. Confer *Portum.* Reliqui cum *Ald.* ἀνιῶατο.“ — Cum *Aldo* faciunt nostri *Pa. Pc.* ἀνιῶατο est in *Pd.* Ex *Pb.* nil notatum. In *F.* qui iota, quod a recentioribus subscribi solet, a latere ponere consuevit, sic scribitur ἀνιῶατο, pariterque scriptum fuisse suspicor in *Med.* et *Pass.* Valet id autem ἀνιῶατο; quod probavi cum *Schaefero.* Licet enim didu-

cere diphthongos amarint Iones, tamen id non ad nauseam usque fecisse putandi sunt. *Ibid.* ἐπιδεύς) Sic *Pass. Ask.* prorsus egregie. — Sic et *F.* quos secutus sum cum *Schæf.* Nam ἐπιδεύς in contextu tenuerat *ed. Wess.* cum aliis. l. 4. ἐποίησιν) ἐποίησιν *F.* *Ibid.* τοιαῦτα *Med. Ask. Arch. Vind. Pass.* [*F. Paris.*] Olim τοιοῦτοι. l. 5. καταλέσκον) καταλέσκον *Vind.* — et *Pa.* l. 7. ἐλάβεσκον) ἐλάβεσκον *ed. Schæf.* optime quidem per se, nec enim augmentum adsumere solent verba huius formae, (quorum magnam copiam congressit *Portus* sub titulo σκον) et sic habemus ἐλάβεσκον IV. 78, 20. consentientibus libris. Sed h. l. in ἐλάβεσκον consentiunt iidem libri omnes: et quidni perinde hoc uti licuerit *Herodoto*? Alibi subinde variant codices; sed et lib. I. c. 100, 4. ἐπιπλεμισκον cum augm. tuentur libri omnes, et idem ipse doctus Editor tenuit. *Ibid.* ἐπὶπλεον) ἐπὶπλεον *Vind. Arch. Valla.* l. 8. πεποιημένω) ποιευμένω *F.*

CAP. CXXXI. Lin. 4. ὀρθά τι etc.) Exscripsit *Athenaeus* minus accurate, lib. VIII. p. 334. l. 6. ἐπιγόντων *Pass. Vind. Arch.* Antea ἐπὶγόντων. — Sic et *F.* *Ibid.* δεδομένων) δεδομ. *Pass.* l. 6 seq. ὁ δὲ οὐδὲν ἔφη οἱ ἐπιστάλθαι) In *Pf.* (id est in *Fragm. Paris.*) sic ista leguntur, οὐδὲν δ' ὅδε ἐπιστάλθαι ἔφη οἱ. l. 8. Πέρσας) Περσίους *Pf.* l. 9. ἰθὺας *Med. Pass. Ask.* [*F.*] Reliqui θύλας. — ἰθὺας *Pf.*

CAP. CXXXII. Lin. 2. ἔην) ἦν *Med. Arch. Pass. Vind.* [*F. Pf.*] ἔην *Ald.* et *Steph.* quod praestat ex more dialecti. — Et sic *ed. Wess.* nescio an consentientibus *Parls.* l. 3. εἰσάζων *Paris. A. B. Vind. Arch. Pass. Ask. Med.* [*F. Pf.* puto et *Paris. omnes.*] Olim εἰσάζοντος. — Hoc, ex coniectura (ut videtur) Editoris Veneti prognatum, tenuit *Gron.* non ausus hic *Mediceum* suum sequi. Quod nunc ex librorum consensu vulgatur, id primus recipere non dubitavit *Wess.* *Ibid.* ἐν γῇ *Pass. Arch. Vind. Fragg. Paris.* [item *F. Pa. Pc.*] bene. ἐν τῇ γῇ antea. — In *Pf.* mutata verborum serie est γίνεσθαι ἐν γῇ. Idem mox εἶσι μάστιγα, non μάλ. εἶσι. l. 6. ὡς τὴν) ἐς τὴν *Pf. male.* l. 7. ἡ γούρη ἀπιδίδασκε) ἀπιδίδ. ἡ γούρη *Ask. Pass.*

[item *F.* et *Pf.*] sed in *Fragm. Paris.* [in eodem nostro *Pf.*] est ἀπιδίδουτο. *L. 7 seq.* ταύτη τῇ γνώμῃ ἢ Γοβρύεω) Sic *idem* *Fragm.* cum *Pass. Ash.* [et *F.*] In aliis ταύτη ἢ γνώμῃ Γοβρ. *L. 8.* ἐνός, τῶν τὸν Μάγ.) ἐνός et τῶν desunt *Arch.* *L. 10.* ἀναπτήσθε) ἀναπτήσθε *Arch.* ἀναπτήσθε *Vind.* — Sic *Pd.* *L. 11.* κατὰ τῆς γῆς) κατὰ γῆς *Pf.* *L. 12.* ἐκπιδήσντι *Med. Pass. Ash. Vind. Arch.* *Fragm. Paris.* [*F.* nec aliud ex *Pa.* etc.] ἐκπιδήσντι *Ald. Steph.* *L. 13.* τοξευμάτων) οἷστων *Pd.* *L. 14.* οὕτω *Ald. Vind. Arch. Paris. Edd.* οὕτω omittunt *Med. Pass. Ash.* — et *F.*

CAP. CXXXIII. Lin. 2. μὴ μοίρη) Abest μὴ *Pc.* μία constanter scribit *F.* *L. 4 seq.* ὑμῖν ἤκομεν) ἤκομεν ὑμῖν *Pass. Ash.* — et *F.* *L. 8.* παραγινόμενου scripsi cum *F.* Puto et in aliis hoc repertum iri, ubi recte fuerint excussi. Vulgo παραγενομ. *L. 11.* προκειμένας) προσκειμ. *F.* male. *L. 14.* ἐπείγοντο) ἡπείγοντο *Arch. Vind.* — Sic et *F.* sed altera scriptura inter lineas ab eadem manu.

CAP. CXXXIV. Lin. 4. λαγός) λαγώς *Vind.* et *mox.* λαγωνόν, contra Ionum morem. — λαγώς *Pd.* *Ibid.* διήξε) Sic *F.* cum aliis, nempe διήξε scribens. διήξε *ed. Schaeff.* conf. supra ad c. 130, 3. dicta. *Ead. L. 8.* ὄρεων) ὄρων *Arch. Vind.* — ὄρων *F.* *L. 8.* τοῦσπερ εἰώθει) τοῦτους παρεώθει *Arch.* *L. 9.* ὦνδρες) ὦνδρες edens *Wess.* adnotavit: „Sic *Pass. Ash.* ὦνδρες *Ald.* et alii, solita variatione. οἱ ἄνδρες *Arch. Vind.* In postrema editione [nempe in *ed. Gron.*] ἄνδρες tantum.“ — Nempe hoc postremum ex operarum et correctoris incuria. In *F.* ὦνδρες cum circumfl. et leni spiritu scribitur: equidem circumflexum probans, asperum spir. non mutavi, quamquam fortasse ne lenis quidem utique erat spernendus. *L. 10.* εἶπαι *Paris. A. B. Ald. Vind.* optime. [cf. *Gregor. dial. ion.* §. 72.] εἶπῖν *Med. Pass. Ash.* [*F.*] In *Arch.* εἶπε. — quod ex εἶπαι corruptum. *L. 13.* ἴσται τὸ ὀπίσω) Sic ora *Steph. Pass. Ash.* uti c. 42, 11. — Sic et *F.* recepique hoc cum *Schaeff.* Abest τὸ *ed. Wess.* et aliis. *L. 17.* ἐπὶν *Med. Ash. Pass.* [*F.* nec aliud ex *Paris.* adfertur.] ἐπὶν ceteri, ut passim in *Musis.* *Ibid.* ἐπὶλθῃ *Arch. Vind. Paris. A.* [puto et alii *Paris.*] ἐλθῃ *Med. Ash. Pass.* [et *F.*] ἐπὶλθοι *Ald.*

Steph. l. 18. ὡς καὶ ἄλλοτε ἰώθαμεν) ὡς ἰώθ. καὶ ἄλλ. *F.* l. 19. ἐς τὰς θαλάσσι. Abest artic. *Arch.* l. 20. καταδύσαντας abest eidem *Arch.* l. 21. ἀπαλλάσσεισθαι) ἀπαλλάττ. *F.* l. 22 seq. δόξαι τὸ ἡμ.) δόξαίτο ἡμ. *Arch.* l. 23. ἔσται negligitur a *Med. Pass. Ash.* [et *F.*] absque caussâ.

CAP. CXXXV. Lin. 2. καματηρούς) κατήρους *Arch.* l. 5. αὐτοῦ ταύτη *Med. Pass. Ash.* [et *F.*] probe. Vide ad lib. III. 25. In reliquis αὐτοῦ tantum. — Sic *Pa. Pc.* l. 7. εἰνεαν *Med. Ash. Pass.* [*F.*] et mox iterum. Alii εἰνεα, levi discrimine. l. 9. τῆσδε δηλαδὴ, αὐτὸς μὲν etc. Sic ed. *Wess.* cum *vett. libris* omnibus, et sic rursus ed. *Schæf.* Vide vero, ne commodius sic distinguatur oratio τῆσδε δηλαδὴ αὐτὸς μὲν etc. Commodissimum vero foret, si esset τῆσδε δηλαδὴ, ὡς αὐτὸς μὲν etc. quemadmodum ex coniect. edidit *Reiz.* eumque secutus *Borh.* l. 10. μέλλοι) μέλλει *Pb.* l. 11. ὑπολαίπομενοι *Ald. Paris. A. B. Vind.* ὑπολοιπομ. *Arch.* ὑπολαίπομενοι *Medic. Puss. Ash.* — et *F.* l. 13. ἐπείβητο) ἠπύβητο *Arch. Vind.* l. 14. οὕτω μὲν δὴ) Sic *Ald.* et *Paris. B.* [Puto *Pa. Pc.*] μὲν abest *Med. Pass. Ash.* [*F. Pb.*] οὕτω τῷ μὲν δὴ *Arch. Vind.* — Mox τῆς φωνῆς tuentur libri omnes. Pro ἔσαν est ἴσαν in *F.* ut passim alibi.

CAP. CXXXVI. Lin. 3. προετίοντο *Med. Pass. Ash.* [*F.*] προέτινον *Ald. Arch. Vindob. Paris. A. B.* l. 6. Σαυρομάται τε) Σαυροματίων *Arch. Valla.* — Vulgo Σαυρομάται absque τε edd. cum aliis omnibus mssis. Coniunctionem ex coniect. adieci cum *Schæf.* l. 8. ἰόντες) ἰόντες *Pass.* l. 10. τῶν ὁδῶν) „ὁδῶν sine articulo.“ Sic *Wess.* in *Var. Lect.* oblitus codicem vel codices nominare, quibus deest articulus. Puto esse *Arch.* Agnoscit τῶν noster *F.* Puto et *Pa. Pb. Pd.* In *Pc.* temere hîc ommissa sunt complura verba, ab ὥστε οὐ τετταμ. usque τῆς ὁδοῦ ἐπισταμ. l. 12. ἔφθησαν) ὤφθησαν imperite *F.* l. 16. ἀριθμοῦ) ἐνιαυτοῦ *Arch. Ibid.* διοίχηνται) διοίχονται *Ash.* — Vulgatum tenet *F.* cum al. *Ead.* l. ποιήτι γε δίκαια) Sic scripsi cum *F.* Abest vulgo γε. l. 19. χαίροντες abest *Pc.* *Ibid.* εἰδότες) ἰδόντες *F.* male. l. 22. στρατεύεσθαι) στρατεύεσθαι *Pd.* Reliqui vulgatum tuentur.

CAP. CXXXVII. Lin. 1. οἱ Ἰωνες) Abest οἱ *F. Pa. Ibid.* Μιλτιάδω μὲν *Ald. Arch. Vind. Paris. A. B.* [pu-

to *Pa. Pc.*] In *Med. Pass. Ash.* μὴ prave desideratur, cuius loco γάρ. — In *F.* et *Pd.* est δὲ pro μὴ. *L. 2.* Χερσονησιῶν) Sic *Med. Pass. Ash. [F.]* Χερσονησιωτῶν *Ald. Paris. A.* Χερσονησιῶν pro more Ionum, ut ex *Stephano Byz.* liquebit, non absurde *Arch.* — Nempe *Thracicae* huius *Chersonesi* incolas *Χερσονησιους* dictos fuisse docet *Ethnographus.* *L. 6.* αὐτῶν) αὐτῶν *F.* *L. 7.* δυνάμιος *Arch.* [Sic vero et *F.* nescio an *Paris.*] Ceteri δυνάμεως. *L. 7.* ὁλός τε ἴσται) Sic *ed. Wess.* cum praeced. et msstis. ἴσθαι pro ἴσται ex coniect. *ed. Reiz.* et *Borh.* Alterum merito revocavit *Schaeff.* Nempe post οὐδαμῶν subintelligi debet ἴσθαι.

CAP. CXXXVIII. Lin. 1. τε et τὴν omittit *Arch.* *L. 3.* Ἀβυδνός) Ἀβυδινός *Pass.* — et *F.* *L. 4.* Παρηνός) Παρήνιος *Arch.* *L. 6.* ἦσαν abest *Arch. Vind. Vall.* *L. 7.* Στρατῆρις *Arch. Vindob. Valla.* [puto et *Pa.*] Στρατῆρις *Ald. Med. Pass. Ash.* — et *F. Pb. Pc.* *Ibid.* Ἀλάκης *Arch. Vind. Valla.* Ἀλακίδης *Pass. Ash. [F.]* Ἀλακίδης *Ald. Med. Pa. Pb. Pc. Pd.* *L. 8.* Φωκαϊεύς *Med. Ash. Pass. [F.]* In reliquis Φωκεύς. *Ibid.* Ἰστιαίος) Ἰστιαίος *F.* et sic iterum c. 139, 10. *L. 9.* ἡ προκειμ. *Pass. Ash. [F.]* optime. Deerat articulus. *L. 10.* Κυμαῖος sine articulo, ut saepe in praecedentibus, *Arch. Pass. Vind. Ash. [F.* nescio an et *Paris.]* Vulgo ὁ Κυμαῖος.

CAP. CXXXIX. Lin. 2. ταύτη) ταῦτα *Arch. Vind.* *L. 6.* καὶ βουλόμενοι) Duo verba absunt *F.* *Ibid.* διαβῆναι) διαβαίνειν *Arch.* *L. 7.* ἐπείν) λιπεῖν *Arch.* *L. 8.* ποιήσουσι) ποιήσωσι *Arch. Vind.* *L. 14.* ὁρᾶτε) ἡρᾶτε *Arch.* *L. 16.* διζήσθαι) διζέσθαι cum aliis edens *Wess.* adnotavit: „Sic omnes.“ — At noster quidem cod. *F.* recte διζήσθαι dedit, quod aspernari non debuimus. *L. 17.* εὐρόντας) εὐρόντες *Arch.* *L. 18.* αὐτέων *Med. Pass. Ash.* Alii cum Editis αὐτῶν. — Sic noster *F.* ut alibi. *Ibid.* ὡς κείνους πρέπει) ὡς ἐκείνοισι πρ. cum aliis edens *Wess.* adnotavit: „ὡς κείνους *Pass.* Tale et in msstis lib. VIII. cap. 62. segm. 2.“ — Sic vero et noster *F.* et *Pa.* similiterque ὡς ἐκείνους *Pc.* recte, subintellecto verbo τίεσθαι, vel τίνεσθαι passivâ notione. conf. Var. Lect. ad VIII. 68, 16. ὡς κείνους h. l. ante nos iam receperat *Schaeff.*

CAP. CXL. Lin. 2. πιστεύσαντες) πιστεύοντες *Arch. Vind.* — et *Pa.* nec male. *Ib.* ὑπερτροφον) ὑπερτροφον *Arch. Vind.* l. 8. ἔχειν) ἔχειν *F. Pa.* l. 10. τῆς σφης. χώρ.) Haud dubie hunc *Nostrum* locum speculavit *Suidas* in Χολή: ubi perperam quidem διὰ τῆς ἐπίσης χώρης. l. 11. ταύτη) ταύτην *Arch. Ibid.* διεξιόντες) διεξιόντες *Pass.* margo *Steph.* — et *F. Pd.* *Ead.* l. ἀντοποκρίμους) ἀντιπολέμους *Arch. Vindob.* l. 12. τοιούτων) τοιούτων *Arch. Vindob.* *Ibid.* ποιήσας *Medic. Arch. Vind. Pass. Ask. [F.] ποιήσας* *Ald. Paris. A.* — Nec hi male. De *Paris.* msstis vero nihil monetur in nostris Excerptis. l. 13. οἱ δὲ δὴ) δὴ abest *Arch. Vindob. Ibid.* ἰωντῶν) Sic *Arch.* et *Suid.* in Σριβία, tum ed. Genev. 1618. optime. [quemadmodum corrigi iusserat *Portus* Lex. Ion. v. Σριβος.] Antea ἰωντῶν. — quod etiam *Gron.* tenuerat: recte vero ἰωντῶν scribit noster ms. *F.* nec aliud ex *Paris.* notatur. l. 14. ἦσαν) Sic *Arch.* [et noster *F.* cum punctis diaereticis] ἦσαν *Med. Pass. Ask. ἦσαν Suid.* Olim ex *Aldo* ἦσαν. l. 15. οἷα δὲ) Sic *Arch.* optime. Alii οἷα δὲ. l. 15 seq. In λελυμένης τῆς γεφύρας nil mutant aut variant libri. Equidem λελυμένη τῇ γεφύρῃ requisiveram. l. 17. ἀπίνκτο *Arch. Vind.* [Sic vero et noster *F.*] Alii cum *Aldo* ἀπίνκτο. — quod et *Gron.* tenuit.

CAP. CXLI. Lin. 1 seq. Ἦν δὲ περὶ etc. Adtigat *Eustath.* ad Homer. pag. 607, 33. — *Iliad.* pag. 462, 38. ed. Bas. l. 3. τοῦτον δὴ) Omittunt δὴ *Pass. Ask. Arch. Vindob.* — et *F.* l. 4. Ἰστιαῖον) Ἰστιαῖον *F.* et l. seq. Ἰστιαῖος, sicut cap. 138. et seq. l. 6. κελύσματι) κελύσματι *Pass.* — et *F.*

CAP. CXLII. Lin. 3. ὡς ἔόντας Ἴωνας ἐλευθέρους) ἀνελευθέρους *Arch. Vind. Valla.* — Praepropere *Borh.* seriem verborum mutavit, sic edens: τοῦτο μὲν Ἴωνας, ὡς ἔόντας ἐλευθ. *Ibid.* κακίστους τε) κακ. δὲ *Pd.* male. l. 6. φιλοδόσκοτα) Habet hinc *Pollux* III. 74.

CAP. CXLIII. Lin. 2. Θερήκης) Θερήκης *Arch. Ask. l. 2.* Χερσονήσου) Χερσονήσου h. l. *F.* Χερσονήσου *Pf.* l. 4. Μεγάβαζον) Μεγάβαζον *Valla, [Pb.] et Eustath.* Hom. p. 240. fin. — p. 182, 27. ed. Bas. Vulgatum tenent alii libri omnes. l. 7. Ἀράβανος) Ἀράβαζος *Pd.* l. 8. τοσοῦτο scripsi cum *F.* et *Pf.* Vulgo τοσοῦτον.

CAP. CXLIV. Lin. 1 seq. Οὗτος δὲ) δὴ pro δὲ *Pf.* *l. 2.* τὸδε τὸ ἵπος) Sic scripsi cum *F.* et *Pf.* Abest τὸ *ed.* *Wess.* et al. *Ibid.* ἐλίσπειτο) Et hoc ex *Pf.* recepi; sic vero etiam *F.* sed in hoc l. quidem ab ead. man. superne indicatur altera scriptura, ἐλίσπειτο, quam hic exhibet *ed. Wess.* cum aliis. *l. 3.* γενόμενος *Ald.* *Arch. Vind. Paris. B.* [puto *Paris.* quatuor] *Valla.* ἐρόμενος *Med. Pass. Ash.* — *F.* et *Pf.* quod nescio an verum. *l. 4. et 6.* Καλκηδονίους) Veterem nominia scripturam, quam *IV. 85, 2.* et *V. 26.* tuentur libri tantum non omnes, eandem h. l. ex mss. nostris *F.* et *Pc.* recepi. Alii vulgo Χαλκηδον. Videtur autem ista esse ionica forma, Καλχ. pro Χαλκ. transpositâ tenui consonâ et aspiratâ, sicut κισίων pro χιτών, et ἐνθαῦτα pro ἐν ταῦτα. *l. 5 seq.* πυθόμενος δὲ *etc.*) Descripsit *Eustath.* ad *Dionys.* vs. 764. ubi Μεγάβυζος quoque, ut *Valla.* *l. 8 seq.* οὗτος δὲ ὦν) οὗτος μὲν δὲ ὦν *ed. Wess.* cum mss. *Arch.* et *Vindob.* — Delevi particulam, parum huic loco oportunam, quam ignorant alii libri. Bene paulo post omnes, οὗτος μὲν νυν. *l. 9.* ληφθεὶς) ληφθεὶς *Arch. Vind.*

CAP. CXLV. Lin. 1. δὲ τοῦτον *Arch.* [unde *ed. Wess.*] Alii habent δὴ. — Sic quidem et *Gron.* cum *Aldo*: sed δὲ cum *Arch.* hic habet *F.* nec aliud ex *Par.* notatum. *l. 3.* προδιηγούμενος) προηγῆς. *Arch. Vind. l. 4.* ἐξελασθέντες) Sic *Arch.* et statim iterum. — Sic vero utrobique etiam *F.* et *Pa. Pc.* Et recepi hanc verbi formam, quam iam alibi saepius a variis codd. exhibitam vidimus in *Var. Lect. I. 168, 7. 173, 12. III. 46, 1. Conf. III. 51, 10.* Quo nomine si quis inconstantiae me damnandum iudicaverit, partem eius culpaе haud invitus ipse *Herodotus*, puto, sustinuerit. Vulgo ἐκλαθέντας. *l. 5.* τῶν ἐκ Βραχυρώνος) Sic *Med. Vind. Pass. Ash.* [*F.*] Ceteri τῶν praetereunt. [Praetereunt sane *Pb. Pc. Pd.*] Βαύρωνος *Arch.* — Βαβρώνος *Pb. Pd. l. 6.* ὑπὸ τούτων ἐξελ.) Sic *Ald.* et *Paris. B.* ὑπὸ τούτων ἐξελ. *Arch. Vind.* ὑπὸ τούτων δὲ *Med.* et alii. [in his *F.*] Praeferrem δὴ. — Est tamen ὑπὸ τούτων δὲ in *ed. Wess.* et sic *ed. Reiz.* et *Borh.* Sed ὑπὸ τούτων δὲ *ed. Schaeff.* quod et ego praeferrem, si opus esset adiectâ particulâ, quâ quidem facile caremus. Caeterum lubens

equidem ubique τούτων, ubi masculini generis pronomen est, positurus eram. l. 7. ἰζόμενοι) ἰζόμενοι *Arch. Vind.* — *Pd.* l. 3. Τηγέτω) Τηγέτω *F.* absque punctis diaereticis. *Ibid.* πῦρ ἀνίκαιον *Ald. Arch. Vindob. Paris. A.* [*Pa. Pc.*] πυρὴν ἔκαιον *Med. Pass. Ash.* — et *F. Pb. Pd.* l. 9. πεισόμενοι *Med. Vind. Pass. Ash.* Olim πεισόμενον. — Sic *F. Pc.* l. 11. Μινύαι) Μινύαις *Arch.* saepiuscule. l. 12. προσσχόντας scripsi cum *Schaeß.* et *Borh.* Vulgo alii προσχόντας. Prave προσχώντας *F.* Mox δὲ *Arch. Vind. Ald.* [*Pa. Pc.*] γὰρ *Med. Ash. Pass.* — *F. Pb.* l. 13. φυτεύσαι σφίεας) φυτεύσαι σφίεας *F.* Similiter *idem* ἐνῆγε σφίεας, (l. 21.) non ἐνῆγε σφίεας. Sed *idem* c. 146, 4. et 7. δὲ σφίεας et ἐμειλλόν σφίεας cum aliis. l. 15. εἰρώτεον aut εἰρώτων *Arch. Pass. Vind.* [unde istud recepit *Wess.*] Vulgo ἡρώτεον. *Ibid.* ἡκαίεν τι) Deficit τι *Arch. Vind.* l. 16. ἐμβληθέντες) Imperite ἐκκληθ. *F.* l. 19. μετίχοντες) μετίχοντας *Arch. Vindob.* et omittunt quatuor voces sequentes. l. 20. ἰαδε) ἰδῆς *Arch. Vind.* l. 24. φυλας) Φυλακῆς *F.* male. *Ibid.* διδάσαντο) διδάσαντο *Arch. Vind.* nec prave. Vide cap. 159. *Ead.* l. αὐτίκα μὲν) Abest μὲν *Arch. Vindob.* — et *F.* l. 25. ἤγοντο abest *Pass.*

CAP. CXLVI. *Lin.* 1. διεκιδόντες) διεκιδόντες [sive διεκιδόντες] *Arch. Vind.* l. 9. ποιῦντες *iidem.* Antea ποῖοντες. — Sic *F.* l. 5. ἐρκτὴν) ἐρκτὴν *Arch. Vind.* — ἐρκτὴν *F.* l. 7. καταχρήσις) καταχρήσασθαι *Arch. Vind. Pass.* — Ne hi quidem male. Vulgatum tenet *F.* *Ibid.* παρητήσαντο) παρητήσ. solus *Arch.* l. 9. ἰσιλθεῖν τι *Arch. Vind.* [Et sic scripsi cum *Reiz. Schaeß.* et *Borh.*] ἰσιλθεῖν absque τι *Ald. Paris. A. B.* ἰσὶ ἰλθεῖν τι *Medic. Ash.* unde ἰς ἰλθεῖν τι effinxit *Gron.* quod ipsum habet *Pass.* et *F.* et sic *ed. Wess.* ἴσω ἰλθεῖν ora *Steph.* l. 11. δόλον *Medic. Ash. Pass. Valla.* λόγον *Ald.* et plerique. — Sic *F. Pa. Pc.* prave. *Ibid.* αὐτίων in foem. gen. tenet *F.* cum aliis. l. 12. ποιῦσι *Arch. Vind.* [unde *ed. Wess.*] Alii ποῖουσι. *Ibid.* τοιάδε) τὰδε *Arch. Vind. Ald. Paris. A.* Ex *Med.* est τοιάδε, frequenti variatione. — Consentit *F.* puto et alii. l. 16. τούτω *Med. Pass. Ash.* [*F.*] τούτῳ ceteri. — Nempe τῷ τούτῳ *Ald.* et *Steph.* et, sic etiam *Pa.* puto et

alii, praemisso articulo. *Ibid.* Τῷ γένει) Τῷ γένει *P.* absque punctis diaereticis, et sic iterum c. 148, 5.

CAP. CXLVII. Lin. 1. τῶτον χρόνον) χρόνον τούτων *F.* 1. 3. ἐκ Λακεδ.) Abest praepositio *Arch. Vindob. Vall.* 1. 5. Προκλήτ) Προκλήτ *Pd.* 1. 6. ἐκπροπατήν) ἐκπροπατήν *F.* 1. 8. ἀδελφιδῶν *Med. Pass. Ash.* [*F.*] optime. ἀδελφιδῶν *Ald. Vindob. Arch.* [*Pa. Pc.*] ἀδελφιδῶν *Edd.* — nempe sic ed. *Steph.* eiusque sequaces. 1. 10. μίνειν *Ald. Arch.* — et *F. Pa. Pc.* quod revocavi, consentientibus puto et aliis msstis. μινεῖν *ed. Wess.* et aliae, quod *H. Steph.* suā puto auctoritate inveni-
xerat. 1. 13. Μεμβλιαῖρεω) Μεβλιαῖρ. *Arch.* 1. 14. ἀνδρὸς Φοίνικος) ἀνδρὸς Φοίνικες *Arch.* cum *Valla.* 1. 15. ἐς τὴν νῦν Θῆρην καλεομένην) ἐν τῇ νῦν Θῆρῃ καλεομένη *Pd.* 1. 16. προστχόντι scripsi cum *Schaeff.* et *Borh.* pro vulgato προσχόντι. 1. 17. καταλείπει γὰρ) Sic *Arch. Vind. Med. Pass. Ash.* [*F. Paris.*] Deerat γὰρ *Ald.* et *edd.* ante *Gron. Conf. Abreschium Diluc. Thucyd.* p. 373.

CAP. CXLVIII. Lin. 1. Ἐπὶ τούτους *Arch. Vind. Ash. Pass. Valla,* [*F. Paris.*] et edit. *Galei.* In *Ald. Med.* ἐπὶ τούτοις. — Sic ed. *Steph.* et *Iungerm.* Et ex ed. *Iungerm.* transiit hoc in ed. *Gronovii*, qui ex *Med.* id corrigere neglexit: nec enim dubium videtur, cum aliis msstis hīc consentire *Med.* 1. 3. συνοικίσων *Arch. Pass.* [*F.*] *Valla.* Alii συνοικίσων. — Ex uno nostro *Pc.* hoc enotatum. *Ibid.* ἐξελῶν) ἐξελῶν *F. Pd.* male. 1. 4. οἰκηιεύμενος) οἰκνεύμενος *Ash.* — οἰκνεύμενος *F.* id est οἰκνευμ. 1. 6. βουλευομένων *Arch. Vind. Med. Pass.* [*F.*] recte. βουλομένων *Ald.* — *Pc. Pd.* 1. 9. τερπὶ abest *Pb.* 1. 10. Μεμβλιαῖρεω) Μεμβλιαῖρεω h. l. *Arch.* sicut schol. *Pin-dari.* 1. 12. Παρωρεάτας) Παρωρεάτας *Arch.* non absurde. Sed vide VIII. 73. — quo ex loco rectius Παρωρεάτας hīc scribetur: sed vulgatum tenent (excepto *Arch.*) libri omnes. Pro Παρωρεάτας, quod est apud *Steph. Byz.* in Παρωρεα, videtur Παρωρεάτας legendum. 1. 14. σφῆς αὐτοῦς *Arch. Vind.* [*Pc.*] quod *Gron.* probat ad VI. 92. — Et recepi hoc cum *Reiz. Schaeff.* et *Borh.* pro σφᾶς ἑαυτοῦς, quod habet *ed. Wess.* cum aliis, aut σφᾶς ἑαυτοῦς, quod est in *F.* *Ibid.* ἔξ μοίρας διεδιδον) Sic *Arch. Vind.* — et *F. Pd.* recte et ex

Herodoti usu; quare hos codd. secutus sum. Conf. II. 147, 7. ibique Var. Lect. ἐς ἐξ μοίρ. *ed. Wess.* cum aliis. l. 15. Δίπρον) Δίπριον *Arch. Vind.* — Δίπρον *Pb.* *Ibid.* Μάκιστον) Κάκιστον *Arch. Vind. Macistum, Valla.* [unde vulgatum primus recepit *Wess.*] Μάστριον ora *Steph.* [et sic *Pa.*] Μάκιστον *ed.* ante *Wess.* — et sic *F. Pa. Pb.* Ex *Pd.* nil hīc notatum. *Ead. l.* Φρίξας) Φρίξας ora *Steph.* et *Pass.* [item *F. Pb.* et *Pd.* in contextu.] Alii Θρίξας. — Immo Θρίξας (acute in fine) scribunt *ed.* ante *Wess.* et sic *Pa. Pc.* et *Pd.* inter lineas. Φρίξας primus edidit *Wess.* sed Φρίξας puto voluerat. l. 16. Ἐπειον, Νούδιον) Ἐπειον, Νούδιον *Arch.* l. 17. ἐπ' ἱμῶ) ἐπ' ἱμῶ *Arch. Vind.* — qui ἐπ' ἱμῶ forsan debuerant. *Ibid.* ἐπὶ τοῦ οἴκ.) Sic *Medic. Pass. Ask.* [*F.*] ἀπὸ τοῦ *Arch. Vind. Paris. A. B. Ald.* satis bene. — Ex *Paris.* nihil h. l. notatum in nostris Excerptis.

CAP. CXLIX. Lin. 2. ἔφη οἱ) ἔφη οἱ *F.* *Ibid.* τοιγαῶν *Med. Pass.* [*F.*] τοιγαροῦν vulgo. l. 3. ἐπὶ τοῦ ἔπ.) Sic rursus *Med. Ask. Pass.* [*F.*] ἀπὸ τοῦ *Ald. Arch. Vind. Par. A. B.* l. 3 seq. οὔνομα τῷ νεν.) *Ash. Pass.* et *Fragm. Paris.* [*F.*] Ceteri τὸ οὔνομα, quem artic. sustuli. *Wess.* — οὔνομα absque artic. est in *Pf.* Mox τῶν abest *Pc.* l. 4 seq. καὶ κως τὸ οὔνομα *Med. Ask. Pass.* [*F.* et τούνομα *Pf.*] Reliquis deest τὸ οὔνομα. l. 6. ἀπὸ τοῦ *Arch. Vind. Paris. A. B. Ald.* quos hic sequor. ἐπ' οὐ contra sermonis indolem *Med. Ask. Pass.* — et *F. Pf.* ne sic quidem male. ἀπ' οὐ *Pa.* *Ibid.* καλεῦνται) καλοῦνται *F.* καλένται *Pf.* l. 8. Ἐρινύων) Ἐρινύων *F.* l. 9. τῶν Δαῖου) τῷ Δ. *Arch.* l. 10. τῶντὸ) τῶντὸ *F.*

CAP. CL. Lin. 1. Θηραίσι) Θήρησι *Arch.* l. 2. κατὰ τῶντὰ) κατὰ τὰ *F.* male. l. 3. Γρίνος) Γρίνος *Arch. Ask. Pass.* et sic mox. — Vulgatum tenet *F.* nec aliud adfertur ex *Paris.* l. 6. καὶ ἄλλοι) Sic *Arch. Vindob.* [puto et *Paris.*] verissime. Olim καὶ οἱ ἄλλοι, — Sic *F.* cum al. l. 7. Εὐθυμίδης) Εὐθυμίδης *Medic. Arch. Pass. Ash. Valla.* [*F. Paris.* Et sic *ed. Wess.* cum *Gron.* rursusque *ed. Schaeff.*] Εὐθυμίδης *Ald. Vind.* — Εὐθυμίδης scribi in *Arch.* ait *Galeus*; sed diserte negat *Wass.* Εὐθυμίδης ex *Pindari* auctoritate edidi cum

Reiz. et Borh. l. 10. ἰσὼ μὲν) ἰμοὶ ὧν *Arch.* — Sic *Wess.* in *Var. Lect.* Puto ἰμοὶ ὧν voluit; quod tamen ab hoc loco alienum. l. 12. τῶνδε τῶν) τῶνδε deest *Med.* τῶν deest *Ash.* — Utrumque agnoscit *F.* cum aliis. *Ibid.* κέλευε τὰ ὕτα ποιεῖν) Sic *Med. Ash. Pass.* — Nam quod ex his codd. κελύειν ταῦτα ποιεῖν adfertur in *Var. Lect.* apud *Wess.* id temere commissum esse intelligitur ex edit. *Gron.* Cum istis autem codd. consentit *F.* Et praetuli hoc, τὰ ὕτα ποιεῖν: quoniam vulgatum τὰδε magis refertur ad id quod sequitur, ταῦτα vero ad id quod ante dictum est. l. 13. ἔλεγε abest *Arch. Vind.* conf. lib. III. c. 35. l. 14. ἀλογίην etc. Citat *Thom. M.* in voce. — Pro ἀπειθόντες, prave ἐπειθόντος *Pb.* l. 15. εἶη) ἢ *Arch.* et statim χρήματα, pro χρεῖμα. — In *Pd.* est χρεῖμα, et superne adiecta syllaba τα.

CAP. CLI. Lin. 5. ἦν σφι μῆχος *Ald. Med. Vind. Pass. Ash. [F. Paris.]* σφιν ἦν συμῆχος *Arch.* Prius ἦν σφι μῆχος. — Nempe sic temere ed. *Steph.* 1. indeque aliae ex hac derivatae. l. 8. συμμίσγονσι) συμμίσθουσι *Arch. Vind.* perperam. — συμμίσχουσι ed. *Wess.* operarum errore. l. 9. Κορώβιος) Κουράβ. *Vindob. Arch.* et mox iterum. — Pro praeced. ἔην, est ἦν in *F.* *Ibid.* ἀπενειχθεὶς) ἀπενεχθεὶς *Pass.* — et *F.* l. 10. ἀπικίσθαι) ἀπαγέσθαι *Arch. Ibid.* Πλάτταν) Sic semper *Medic. Ash. Pass. [F.]* Πλάτταιαν reliqui cum *Aldo.* — Sic *Pa. Pc. Pd.* l. 15. ὅσων δὴ *Med. Pass. Ash. Paris. A. Valla.* Olim ὅσον δύο. — In *Pb.* est ὅσον δὴ, sic et in *F.* sed in hoc scriptura ὅσων indicatur inter lineas. l. 16. ἀπαγγέλλοντες) ἀπαγγέλλοντες *Arch. Vind.*

CAP. CLII. Lin. 2. μετὰ δὲ,) μετὰ δὲ ταῦτα margo *Steph. Ash. Pass.* — et *F.* l. 4. Αἰγύπτου) Sic *Med. Pass. Ash. [F.]* quae et *Fabri* coniectura, lib. I. Ep. 72. pag. 240. Antea ἀπ' Αἰγ. male. — Hoc ex uno *Pc.* est enotatum. l. 9. Ἡρακλείας) Ἡρακλῆος *Pd. Ibid.* διεκπερήσαντες) διεκπερήσαντες *F.* l. 11. ἀκήρατον) ἀπίερατον *Arch.* — ex scholio. l. 13. ἴδμεν) ἴσμεν h. l. dabat ed. *Wess.* et superiores, consentientibus (quod quidem sciam) mssis; quam eandem verbi formam dederant codd. nonnulli I. 178, 12. et IV. 197, 6. Consulto tamen cum *Reizio* et seqq. ἴδμεν tenui, quâ formâ constanter

aliās in verbo admodum frequentato utitur *Noster*.
l. 13 seq. μετὰ γὰρ Σώστρατον etc. Habet hinc *Eustath.* in
Perieg. vs. 511. pag. 206. *l. 15.* τὴν δεκάτην omittunt
Arch. Vind. *l. 16.* ἐπιμερδίων *Arch. Vind. Pass. mar-*
go Steph. — et *F. Pa.* quos secutus sum. ἐπιμερδίων *ed.*
Wess. cum aliis. *Ibid.* ἐποίησαντο) ἐποίησαν *Ash.* —
 et *F.* Commodius vulgatum, fieri curarunt. *l. 17.*
 χαλκήϊον) χαλκίον *Arch. Ibid.* περίξ δὲ αὐτοῦ *Pass. Arch.*
Vind. Ald. Paris. A. B. [et *F.*] π. δ. αὐτὸ *Med. Ash.*
 — quod cum *Gronovio* unice probavit *Valcken.* ad
 IV. 15 extr. et adoptavit h. l. *Schaeß.* *l. 18.* κεφαλαί
 πρόκροσσι) κεφαλαί οἱ πρόκρ. *Arch. Vindob.* [et sic *ed.*
Wess. et seqq.] Pronomen deest aliis. — Deest sane
 et nostris *F. Pa. Pb. Pc. Pd.* Delevique ut minus op-
 portunum huic loco. In *Pb.* quidem est κεφαλαί πρόκρ.
 quod ex κεφαλαί οἱ corruptum videri poterat. *l. 20.* ἱερ-
 ρισμ.) ἱερρισμ. *F.* *l. 22.* συνεκρήθησαν *Paris. A. B. Pass.*
Medic. Arch. Valla. [*F.* puto et *Pb. Pd.*] Olim
 συνεκρήθησαν.

CAP. CLIII. Lin. 3. ἀπήγγελλον *Arch. Vind. Ald.*
 [*F. Paris.*] Antea ἀπήγγελλον. — Sic *ed. Steph.* et
Gron. *l. 4.* ἴδεν) ἴδεν *Arch.* *l. 5.* ἀπ' ἀδελφεοῦ *Medic.*
Ash. Pass. [*F. Paris.*] In ceteris ἐκ' ἀδελφ. *Ibid.* λα-
 χόντα *Arch. Vind. Paris. A. B. Ald.* quod malo. Vi-
 de lib. III. 83. λαγχάνοντα *Medic. Ash. Pass.* — *F.*
Pb. *l. 6.* χώρων ἀπάντων, ἐπτα ἑόντων) χώρων ἀπάντων ἐπτα
 ἑοντίων *Arch.* quod praeferrem [ait *Wess.*] si ἀπασίων
 dedisset. — At commodius est χώρων ex omnibus lo-
 cis, id est, vicis, qui in *Therā* insulā erant, vel
 regionibus, ut in latina versione posuit *Wess.* coll.
 c. 158, 5. et 7. nec enim placet oppidis, quod *Valla*
 habet. *l. 7.* καὶ ἡγεμόνα καὶ βασιλέα *Arch. Pass.* — Sic
 et *Valla*, et *F.* et *Pa.* quos secutus sum. καὶ βασ. καὶ
 ἡγμ. *ed. Wess.* cum aliis.

CAP. CLIV. Lin. 1. Ταῦτα δὲ) Ταῦτα δὴ malles,
 aut Ταῦτα μὲν; sed vulgatum tuentur omnes. *l. 4.*
 Ἄξός *Arch. Vind. Valla.* et *Steph. Byz.* hoc ex loco.
 Olim Ὀαξός. — Sic *Pc. Pd.* et *Suidas* in Βάττος; ubi
 complura hoc ex eodem loco. In ms. *F.* est ὁ Ἄξός,
 quod speciosum videri posset, nisi paullo inferius ar-
Herod. T. II. P. II. M

ticulum foeminini generis tenerent libri omnes. *L. 6.* ἀμήτορι) ἀμητέρη *Arch.* Melius [alii et] *Suidas* in voce, et in Βάρτος. *L. 7.* ἰδικαίῳ) ἰδικαίου *F.* *L. 7 seq.* εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ) καὶ τῷ ἔργῳ εἶναι *Arch. Pass.* — et *F.* *L. 10.* ἐπενείκασα *Arch. Vind.* [*Ald.*] *Paris. A. B.* et *Eustath.* in *Homer.* p. 1183, 40. [*Iliad.* p. 1250, 36. ed. *Bas.*] ἐπενεγκοῦσα *Med. Pass. Ash.* [*Pb.*] et *Suid.* — ἐνικοῦσα *F.* *L. 11.* ἀναγνωσθεῖς etc.) Citat *Suidas* in voce. — et in Βάρτος. Apud eundem vero in Θεμιστῶν perperam ἀναγνωσθεῖς scribitur. *L. 12.* μηχανᾶτο) μηχανήσατο *Pb.* *Ibid.* ἢ γὰρ δὴ) Abest δὴ *Arch. Vindob.* *L. 13.* τῇ Ἀξῶ) *Arch. Vind. Valla.* Ceteri τῇ Ὀαξῶ. — Sic et *Suid.* In *F.* τῇ Ὀαξῶ. In *Pd.* τῇ Ὀαξῶ. *L. 14.* ἐν ξείνῃα *Med. Arch. Vind. Pass. Ash.* ἐν ξείνῃ *Ald.* et alij. — Hi alii nulli fere fuerint, nisi ed. *Steph.* eiusque sequaces. Nam ἐν ξείνῃα habent *F. Pa. Pb. Pc.* quod ex ξείνῃα ortum. Conf. ad *V. 18, 5.* *Ibid.* ἢ μὲν οἱ *Ald. Ash.* — et *F. Pa. Pc.* (puto et *Med.*) recte; idque revocavi cum *Reiz. Schaef.* et *Borh.* de quo restituendo etiam monuerat *Koen.* ad *Gregor. Dial. ion.* §. 62. Tacite ἢ μὲν οἱ edidit *Gron.* idque repetitum in ed. *Wess.* *L. 15.* δευθῇ) δευθείη *Suid.* *Ibid.* ἐξόρκωσι sine augmento *Arch.* — quod recepi cum *Schaef.* ἐξ ὄρκωσι ed. *Wess.* cum aliis. *L. 17.* περιμεκτῆσας) Habet *Suid.* in voce. — nempe in Περιμεκτῆσας, ubi mendose sic scribitur περιμεκτ. et sic apud eundem in Βάρτος. *L. 18.* καὶ διαλυσάμ. *Med. Ash. Pass. Suid.* καὶ omittunt reliqui. — Omittunt *F. Pa. Pc.* cum aliis. *Ibid.* ξενίην *Arch. Pass. Kindob.* [*F.* nescio an et *Paris.*] Olim ξενίην. *L. 20.* ἐγίνετο) ἐγίνετο *F. Pa.* *Ibid.* ἀποσειόμενος *Medic. Pass. Ash.* [*F.* nec aliud adfertur ex *Paris.*] *Suidas* ἀποσειούμενος in Βάρτος et in Ἀποσειούμενα, mutatâ dialecto. ἀποσειόμενος *Vind.* Alii ἀποσειόμενος, prave. [de quo corrigendo *Portus* iam monuerat.] Conf. infra, cap. 203. *L. 21.* σχοίνιαισι *Ald. Arch. Vind. Med. Pass. Ash.* [*F. Paris.*] Vulgo σχοίνοις. — Sic temere ed. *Steph.* eiusque sequaces.

CAP. CLV. Lin. 2. παραλαβῶν) λαβῶν *Arch. Vind.* *L. 4.* ισχύόφωτος) ισχύόφωτος *Gloss. San-Germ.* *L. 6.* μετουνομάσθη scripsi cum *F.* Puto enim et in aliis hoc reper-

tum iri. Vulgo μετανομοσθη. *l. 9. τὴν ἔρχε Arch. Pass. Ask. τὴν δ' ἔρχε Med. [τὴν δ' ἔρχε F. τήνδε ἔρχε Pb.]* Antea ἢ ἔρχε. Adludit ad haec Schol. *Pindari, Pyth. Od. IV. princ. Ib. Διβ. γὰρ βασιλεία*) Sic *Arch. Vind. Pass. Ask.* et bene quidem. — Etsic ed. *Wess.* et seqq. Antea Δίβεις γὰρ τὸν βασ. Nec hoc male profecto. *l. 15 seq. Βάττ' ἐπὶ φωνὴν etc.* Habet Schol. *Pind. l. c.* et *Tzetzes Chiliad. VI. p. 361. l. 17. οἰκιστῆρα*) οἰκίζοντα *Vind. Arch. soli. l. 18. ὥσπερ εἰ εἶποι*) εἰ abest *Arch.* Totam vero βῆσιν, ὥσπερ εἰ etc. usque ἡλθες, ut suspectam, uncinis incluserunt *Reiz.* et *Schaeff.* eiecitque *Borh.* iudicium *Valchenarii* secuti. Agnoscunt autem eandem βῆσιν libri omnes. *l. 21. τῆς φωνῆς*) τῆς abest *Arch. Vind. Ald.* — et *Pa.* Adiecit *H. Steph.* et tenent articulum edd. seqq. cum *F.* aliisque msstis. *l. 23. οὐκ* ex *Medic. Ask. Pass.* Ceteri οὐ κη. Similis confusio lib. V. 13. — οὐ κη *Pa.* οὐκ ἔπειθε *F. Ibid. ἄλλα οἱ ἔραν*) Defit *oi Arch. Vind.* — et *Pd. l. 24. ἰθίσπιξι οἱ καὶ*) Sic *Pass. Vind. Arch. Ask. Med.* — quos secutus sum. Vulgo ἰθίσπιξι οἱ ἦ καὶ πρ. editt. omnes, etiam ed. *Gron.* In *Pa.* est ἦ οἱ καὶ. In *F.* η οἱ καὶ, et η punctis notatum, ut delendum. *Ibid. οἶχετο*) οἶχοιτο *Pa.* male.

